

Trichomanes orbiculare n. sp.

Von

Dr. H. Christ (1894).

E grege **Hemiphlebia** V. D. B., nervo centrali destituti.

Tr. rhizomate ramoso repente, tenui, tomentoso, frondibus subdiaphanis membranaceis solitariis sed approximatis et contiguis, sessilibus sive breviter (longit. 2 mm) petiolatis, orbiculari-reniformibus petiolo lateraliter i. e. in sinu profundo inserto, frondis lamina 4 cm diametro metiens, sinu clauso marginibus imbricatis, idcirco lamina fere infundibuliformi, ambitu irregulariter usque ad quartam et tertiam partem laciniato, laciniis rotundatis, nervis ex insertione petioli flabellatim versus marginem radiantibus, furcatis, prominulis, venulis spuriis interruptis inter nervos hic illic conspicuis, margine parce fimbriato-ciliato, ob sterilitatem speciminum sori ignoti.

Ab omnibus speciebus americanis hucusque notis fronde orbiculari nervisque penitus radiato-flabellatis discrepans, *Tr. peltato* Hook. insulis Oceani Ind. proprio comparandum, sed ab eo insertione laterali nec centrali petioli lobisque profundioribus diversum.

Hab. Blumenau Brasil. merid. subtrop.

l. MOELLER 1893; jam prius a C. MÜLLER repertum, sed semper sine fructificatione.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Botanische Jahrbücher für Systematik, Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie](#)

Jahr/Year: 1895

Band/Volume: [19](#)

Autor(en)/Author(s): Christ Hermann Konrad Heinrich

Artikel/Article: [Trichomanes orbiculare n.sp. 2026](#)